



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinij Ordinis
Vetustißimi Amplißimique, Nostra, ac supera ætate
Jmmarcescibilis Vigor, ac Viror**

Bucelin, Gabriel

[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.

lesu Christi Annus. M.DC.IV. Sancti Patris Benedicti, M.C.XXIV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38498

ehus, qui nihil prius habuit, quam Patrum sanctorum scripta evoluere, quo in studio fuit assiduus, eoque sibi magnam scientiam comparavit, nec sibi soli, sed proximis & posteris profuit, miseratus hominum nimiam postremo hoc saeculo in omne praecipitium vitiorum proclivitatem, quos ut majore revocaret auctoritate, suis ipse, innata animo demissione, diffidens & verbis & meritis, varias & ponderosas ex sanctis Patribus collegit sententias, quibus homines ad Virtutem incitaret, & vitij turpitudinem graphice, & tanquam in tabula ob oculos poneret, atque singulis ejus horrorem incuteret. Ex his magnum omnino volumen extitit, quod *Agriculturam Spiritualem* appellavit.

*Agricultura Spiritu-
alis.*

Gabriel Castellanos.

Nec minore gloria Gabriel Castellanos, Monachus toties laudati Hortensis in Hispania Caenobij natus, Vir Spiritu Benedictino plenus, & ob hoc ipsum, Novitiorum tantae Reformationis Magister electus, idem inter doctissimos Ordinis habitus, acer in disputando, subtilis in distinguendo, clarus in exponendo, & in omni Scholastici studij genere versatissimus. Fuit idem & Abbas deinceps, & Visitator Generalis, ac Definitor Congregationis, sibi similis semper, semper humilis, semper omnibus utilis, magnum Hispaniae ornamentum. *Ex Aug. Marriq. Chrystost. Henriq.*

*IESU CHRISTI ANNUS. M. DC. IV.
Sancti Patris Benedicti, M. C. XXIV.*

*Annae
Cardinalis
noster.*

EMINENTISSIMUS Sacrae Romanae Ecclesiae Cardinalis Annas noster de Escars, Ornamentum Benedictini Ordinis singulare, in quo & Benedictus Pater sanctissimus & omnes Sancti ejusdem Ordinis revixere Cardinales, cum aliquandiu Ecclesiae suae Lexoviensi, totique Galliarum Regno, exemplo praerulisset egregiae sanctitatis, à Rege Henrico IV. ob gravia Regni & Regis negotia, Romam mittitur, ut ibi Vice-Protectoris Regni Franciae amplissimi officio fungeretur. Ibi tam Ecclesiae Romanae & universali, quam Regno Galliarum, servivit utilissimè, & pie consuluit, magno ab omnibus in honore, ob ipsam sanctitatis opinionem habitus, ipsi Romano Pontifici eo ipso nomine veneran-

*Ipsi Rom.
Pont. ve-
nerandus.*

us, à quo iam magni momenti rebus fuit occupatus, maxime in Congregatione Sacri Officij & Episcoporum. Constitutus etiam fuit Praefectus Congregationis Converterum, & electus Protector Cisterciensium nostrorum, quos insigniter coluit, & Reformationis Spiritum primavum conservari, pro virili allaboravit. *Ex Vita, & communicatis R. P. Antonij de Scala, & R. P. Anandi Tribout.*

Nec minore splendore elucescit in Gallijs Renata cognomento Junior, seniori nuper pro meritis succedens, in S. Petri Remensis Praelatura, haeres ut nominis, sic sanctitatis, decus & ipsa immortale Lotharingici & Guisij stemmatis, Inaugurata solemniter fuit, in praesentia suae Dominae Matris Catharinae serenissimae Cliviae & Nivertis Ducissae & Magnorum Galliae Principum &c. Episcopo Catalaunensi sacris solemniter operante, adstantibus sibi, Suesionensi, Laudunensi, Bellovacensi & Silvanectensi Pontificibus, & à Philippo de Bec, Remensi Archiepiscopo consecrata, ipsa in Divinarum rerum meditatione pie absorpta, ita ut nihil quam muneri novi expenderet gravitatem, suamque & erga DEUM & erga subditas sibi moniales obligationem. Talis initio Praelaturae Renata Junior fuit, nihil jam tunc cedens majori & seniori, cujus uti neptis erat sanguine, sic Virtutum omnium perfectissima haereditate. Vix gustato regiminis honore, *totam se*, inquit Vitae scriptor, *ad excolendas mentes, tum propriam, tum aliarum omnium dedit: perfecta Regularis disciplina observatione, omnibus splendore sanctitatis facem praeferebat, nunquam nec die, nec nocte in Choro desiderata. Divinas laudes, elegantissima illa voce, qua à DEO donata fuerat Angelorum more continuo modulari gestiebat. Domino autem orationis eo praedita erat, ut vix invictum ab ea animum relaxaret, nec minus quatuor vel quinque horis, huius sanctissimo operi, jugiter intenta per singulos dies impendebat, DEO mentem purissimam caelestibus delicijs ita copiose complente, & affatum cumalante, ut saepenumero extra se rapti videretur. Interdum inientia in Oratorio contemplationi immota & sensibus plane destituta, crebris moribus, & frequenti strepitu à sacra quiete excitari haud poterat, vel si quando expersisteretur,*

*Præfector
Cisterciensium.*

*Renata
Jun. Prin.
Lothar.
Abbat. &
manf.*

*Annata
per omnia
seculum.*

Vita ejusdem.

*Abstrahit
Divina.*

187, vultu Angelico, ardentibus oculis, flammis seraphicis inardescens, obvis quibusque jam jam orationi incubuisse, forte etiam tum incumbere significabat. Sanctissima Eucharistia avida, sui mentis estu Divino flagrantissima, continuo inibat. & fere quotidie per totam vitam Angelico hocce pane refecta est, unde in dies in Virtutum palestra, magis magisque roborata, parem Angelis vitam perpetuo vixit, nihil ipsis Intelligentiis absimilis Renata corporis animeque intemerata Virginitas, quam tanta humilitate, tanta sui demissione, tanto morum, Nobilitatis, Dignitatumque contemptu excolebat, ut eodem amictu, usdem cibus, eodem lecto semper usa, de ceteris una tantum esse, non Princeps, videretur. Solo Angelici Oris, & Divini vultus Virtutum omnium fulgurantis splendore mirabili à subditis distincta. Nunquam jejunijs communibus, abstinentijs, disciplinis, vigilijs, alijsque id genus mortificationibus, desuit, semper cella vulgari in Dormitorio usa, non nisi gravissimè infirmata alio lecto, quam Conversarum decubuit (nimirum sic quinquennis adhuc ab Amata edocta) silentio & solitudinem addictissima; statis horis, abdicatis à se quibusvis alijs, in cellam se recipiebat. Præibat prima mirabili vitæ exemplo obedientia subditorum, significans quid vellet, non voce, sed manu, quam impigre operi in omnibus admovebat. Nunquam Principum & Affinum, Regisque ipsius benevolentia aliter usa est, quam ad DEI gloriam. Hucusque scriptor Vitæ ex quo plura suo loco.

Mirum dictu, quanto Fidei Catholica restituenta Zelo, restitutus nuper in sedem & Ditionem suam Abbas & Princeps Fuldenis Balthasar, rerum satageret, nihi non excogitans, quo abreptos in transversum & præcipites in viam salutis revocaret. Ipso hoc anno 1604. Civitas Fuldenis ad Catholicæ Religionis consensionem traducta, missis quaqua versum viris Religiosis & doctis, qui prava dogmata & opiniones solidis argumentis convellerent, & pios agentes medicos Venenum imbibitum à præcordijs miserorum, salutaribus documentorū pharmacis dissiparent. Inter hæc, cum jam oppidis, vicis pagisque diversis prisca Religio passim effloresceret, & Romæ famâ litterisque percrebuisset, ad viginu millia. hominum, manus

dedisse Veritati; litteras ea de re Octavius Paravicinus Cardinalis, Protector Germanicæ Nationis, ad Balthasarem dedit, quæ significabat, Clementem VIII. Pontificem Maximum exhilaratum eo nuncio, coram amplissimo purpuratorum Collegio Balthasaris studium summamque industriam magnis extulisse laudibus, &c. Qui tamen summa animi demissione has omnes à se amolens, Numinis Gratiæ sui miserentis populi, & virorum Religiosorum Societatis aliorumque industriæ retulit, quasi vero ad se nihil pertineret, qui Religionis causa jam penè Martyrem egisset, imo qui agendorum omnium Princeps post Deum causa esset. Ut nemo fatis miretur unius hujus Præfulis, de Ecclesia merita, & inter minas tot circumcirca à fide Apostatarum Principum magnanimitatem. Ex *Annal. & Monumentis Fuldens.*

In Anglia nostrorum pietas se ubique insinuat, & veste mutata, non animo, ne aditus impediretur & bonum publicum, Conversioni seu reductioni errantium omni vigilantia atque industria intendunt. Crescit paulatim viris ac viribus laudatissima illa & Generosissima Congregatio Anglicana, reapse Apostolica, & vacillantium plurimorum ea nostrorum charitate, inconstantia roboratur. Vid. *Anglicæ Script. Clem. Reinerus, Eduard. Mayhen, &c.*

Montis Syon sub hoc ipsum tempus sacra Congregationis nostræ, insignia etiam merita, cujus Monachi quamvis strictam admodum profiteantur Clausuram proximorum tamen utilitati consulere nunquam desistunt. Habeant hac de causa in Regnis Castellæ & Gallitiæ, Philosophiæ & Theologiæ Scholas & Collegia, ex quibus nostra memoria atque etiamnum, eminentissimi doctrinâ atque eruditione prodierunt viri, qui postea publicè professi sunt, non in Ordinis solum Collegijs, sed Universitatibus celeberrimis, & hi quidem totâ Hispaniâ famosissimi. Eos inter, ut vel paucissimos memoremus, fuerunt: F. Cyprianus Ruys, F. Ignatius de Jbero, F. Petrus de Lorca Primarius Professor Complutensis alijque Salmanticensem Universitatem illustrarunt F. Ludovicus Bernardi, F. Angelus Manriquez. Nec minore celebritate clarent F. Bartholo-

Laudatur
Abbas à
Clem. VIII.

Nostrorum
in Angliæ
labor.

Montis Syon
Congregatio.

Viri optimè
meriti.

Vita vere
fuit Ange-
lica.

Exemplar
sanctitatis.

Balthasar
Abb. Fuld.

Nulla con-
versa.

tholomæus Gomez, F. Dominicus de Aldave, F. Lucas de Cabanas, F. Alphonsus Perez, F. Chrysoftomus Caverus, alijque plurimi, inter decora sæculi nostri summo applausu referendi.

Nec Germaniæ etiam inferiori sua defunt luminaria, è quibus singulis ferè annis & hoc etiam anno, aliqua cœlis digniora quàm terris, illis inseruntur.

Jacobus de Marquais abb. Tornacens.

Ex his Jacobus de Marquais, Abbas S. Martini Tornacensis, hoc ipso anno mortalitatis curriculum absolvis. De eo sic ejus Monasterij monimenta: *Jacobus de Marquais, ex Priore Vedastino hujus loci Abbas meruissimus, toti Ordini verbo & exemplo profuit, non minus ab eruditione, quàm à Religione celebratus. Historicus sui temporis præclarus, compunctionis, ut sacri vocamus, dono à Numine donatus, rigidus sui corporis tortor, Discipline exactissimus promotor, quem viri maximi plurimum suspexerunt, & commendarunt Illustrissimi Guilielmus Lindanus, Ruremundensis, & Joannes Vendevillius, Tornacensis, Episcopi; Jansenius præterea & Cuickius Lovanensis Universitatis columnina, Cesar Baronius, alijque. Fuit decoris Domus DEI diligens admodum, suamque Basilicam insigniter excoluit. Vasa aurea & argentea pro sacris Reliquijs pretiosissima comparavit; Reconditorum Venerabilis Sacramenti admirabili opere exornavit. Vitamque demum stupenda in infirmitatibus patientia coronans, hoc anno; sancto sine complevit. Ita monumenta cit. & nos tomo 3. Germ. nostræ.*

Ejus Elogium.

Joannes Abbas Ursidungi.

Comitem itineris ad felicitarem æternam Jacobus Joannem habuit Ursidungi nobilissimum Abbatem, animi demissione maximum. Is jam antea Gerardimontanus electus Abbas pro viribus restitit, Ursidungo ut præesset, invitus abreptus & reclamans coactus est. Erga inopes largissimus, super exspoliatione Monasterij patientissimus, id solum est questus, quod pauperibus pro animi sui voto subvenire non posset. Erga ægrotos similiter, charitate supereffluens Xenodochium (Veteri nostrorum more, mille & amplius exemplis comprobato) in urbe extruxit, & insigniter dotavit, ægrisque suis ipse manibus inservijt. Sacris eruditus & summè delectatus litteris; opuscula quædam non minimi labo-

Pauperum Pater.

ris, multi fructus edidit, &c. *Ex Ursidungi monumentis.*

Ipso hoc anno 1604. Non sine singulari Numinis gratia & instinctu ad Monasterium S. Severini Neapolitanum se confert Illustrissimas Juvenis Scipio Caraffa Fabricij Ducis Andriæ filius, & sacram vestem multo fervore exambiens. abjecta purpura in Domino Deo esse abjectus eligit, ea indutus 15. Octobris expleto ætatis anno decimo quinto, Tyro incomparabilis, ea generositate sacram militiam aggressus, quam mirarentur emeriti, summa in durissimis alacritate, in sacris devotione, ita ut consodales omnes, in proposito & studijs perfectionis longè antecelleret, & verè Principem in quatuor Principalibus Religionis Virtutibus, demississima humilitate, modestia, obedientia & silentio ageret, exemplo & admirationi omnibus esset, facileque in ipso ea se proderent, quæ deinceps in omni vita, pro ædificatione omnium & totius Ordinis gloria, gesturus esset. *Ex vita per Ang. Perfevitum Casinatem.*

Pen. ab. fuit. ex. sa. su. no. vium.

Exempla sanctitas.

IESU CHRISTI ANNUS. M. DC. V. Sancti Patris Benedicti. M. C. XXX.

Mortuo hoc anno Clemente VIII. Pontifice Maximo, tanta populi Clerique Romani Cardinaliumque multorum de Eminentissimo Cardinali nostro Anna de Escars æstimatio fuit, ut neminem digniorem summo in torris honore crederent, & ut talem aliquot horarum spacio incredibili tota Romana Urbe plausu præclarent; aliter volente Numine, & virum adeo charum à tanti periculo muneris & arduitate, gratiosè præservante, Electus proin Italus prodijt, Leo XI. Medicæus, quod suspecta Henrici IV. potentia & ingenium essent; & hoc post quinque & viginti dies, morte sublato, cum totius populi studia in Annam denuo inclinarent, imo nemo eligendum tota Urbe non crederet, & Vivat vivat Escarsius Sanctissimus noiter, nullo non foro & compito diutissimè personaret, hic tamen procul ambitione omni, summa animi consolatione Paulum V. Burghesium cum reliquis Patribus Pontificem salutavit, & adoravit; ea tamen omnium erga ipsum reverentia, ut quo minus mu-

Annus Carol. noster et summum honorem expavit.

Uma populi vox, unum fructum iterum ipsam expetentia.

nere